Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica
Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 627



Arrexere animos: itali cunctæq; volucres
Conuertunt clamore fugam: mirabile visu:
Aetheraq; obscurãt pẽnis: hostẽq; per auras
Facta nube premũt: donec vi victus: & ipso
Pondere deficit: predãq; ex vnguibus ales
Proiecit fluuio: penitusq; in nubila fugit
Tum vero auguriũ rutuli clamore salutant:
Expediũtq; manus: primusq; tolũnius augur.
Hoc erat hoc votis inquit quod sæpe petiui
Accipio: agnoscoq; deos: me me duce ferrũ:
Corripite o rutuli: quos iprobus aduena bello
Territat: inualidas vt aues: & littora nostra
Vi populat: petet ille fugam: penitusq; ꝓfundo
Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas
Et regem vobis pugna defendite raptum:
Dixit: & aduersos telum contorsit in hostes
Procurrẽs: sonitũ dat stridula cornus: & auras
Certa secat simł hoc simul igens clamor: & oẽs
Turbati cunei: calefactaq; corda tumultu.
Hasta volans: vt forte nouem pulcherrima fratꝝ
Corpora constiterant: contra quos fida crearat
Vna tot arcadio coniunx tyrrhena gilippo.
Horum vnũ ad mediũ teritur qua sutilis aluo
Baltheus: & laterum iuncturas fibula mordet
Egregiũ forma iuuenem: & fulgentibus armis
Trans adigit costas: fuluaq; extendit harena.
At fratres aiosa phalanx accensaq; luctu
Pars gladios strigũt mãibus: pars missile ferrũ
Corripiũt: cæciq; ruunt: quos agmia cõtra:
Procurrũt laurentũ. hic densi rursus iundãt
Troes agiliniq;: & pictis arcades armis.
Sic amor oẽs vnus habet decernere ferro.
Diripuere aras. it tota turbida cœlo

cygnũ cecidisse i aquã dicit: quã istabilẽ esse mãifestũ ẽ. Littoreas agitabat aues palustres nã littus dr̃ oĩs terra aquis vicia: vt Viridiq; in littore conspicit̃ sus. Excellentẽ magnum sicut in exercitu magn⁹ est Turn⁹. Couertũt clamore fugã. redeũt cũ clamore: sicut i exercitu solet. Auguriũ salutãt. venerãt̃: & proprie: nã salutari dicim⁹ deos. Teren. At ego hic deos domũ salutatũ pergã. Expediũtq; man⁹. se dimicare velle significãt Hæc eñ est cõlensio militaris. Luc. Elatasq; altæ q̃cunq; ab bella vocaret Promisere man⁹. Qđ sæpe petiui. q̃si iperatiuũ hoc auguriũ vult videri Accipio agnoscoq; deos. modo q̃si de oblatiuo loq̃t̃ nã in oblatiuis auguriis i ptãte videtis est vtrũ id ad se ptinere velit: an refutet & abominet̃. Ergo nũc auguriũ dicit se libẽter ãplecti: & agnoscere circa se fauorẽ deoꝝ.
Quos iprobus aduena: iterpretat̃ auguriũ & cõfirmat ad presẽs negociũ ptinere. Littora vestra: bona iteratio: nam sup̃ ait. Littoreas agitabat aues. Vi populat. antique. nam veteres & populo & pplor dicebãt: nũc tm̃ populor dicim⁹: illud penit⁹ de vsu recessit.
Penitusq; ꝓfundo vela da. vt sup̃ de aquila Penitusq; in nubila fugit. Dẽsate cateruas. sicut cygni hostẽ p auras fcã nube p̃mũt. Et aduersos telũ c. i. ho. hoc loco ab Homeri recessit œconomia. Ille ei iducit Mineruã psuadentẽ Pãdaro: vt iacto in Menelaũ telo fœdera dissipet. Hic vero dicit ipsũ augurẽ telũ spõte torsisse: & occidisse vnũ de nouẽ fratribus: qđ ptinet ad œconomiã: Necesse enim erat: vt fratres ex vni⁹ morte cõmoti bellum mouerẽt. Si ei vilis aliqs iteriret: poterat ei⁹ mors ob fœderis religionẽ forte cõteni. Sonitũ dat. i. facit. Certa. i. ieuitabilis: vñ icerta est ifirma & vitabilis. Hastam volãs. min⁹ est nãq;. Horũ vnũ ad. ordo ẽ. Trãs adigit vnũ costas: & figurate dicit vnũ ꝓ vni⁹. Terit̃ q̃ sutilis aluo balthe⁹. rẽ physicã dixit: Oĩa eñ quib⁹ vtimur ñ nos terũt: sed ea nos terim⁹: vt annulũ: vestẽ. Aiosaq; phalãx. quasi phalãx. i. legio. Cæci. salutis iprouidi. Inundãt. more vñ fluũt. Sic oẽs amor vnus hẽt. sic. i. dũ paulati suis iuicem subueniãt. Oẽs enim in bellũ coacti sunt. Sic Salu. Diripuere aras deiecerunt: dissipauerunt.
DO Primusq; tolũnus. Nõ solũ rutuli: sed ẽt Tolũn⁹ augur hoc augurio decept⁹ ẽ. Dixit: & aduer. recte q se ducẽ professus est primus tela contorsit. Diripuere aras. vocati furore certandi
CHRI. Monstroq; fefellit. Nã putauit bona portẽdi: cum ifelicia eẽnt. Sonantem. quia canori sunt cygni. Hoc aũt auguriũ veꝝ fuit: sed nõ itellectũ. Cygnus eñ id est Turnus captus erat ab aqla: qa veniebat lacerãdus ab hoste vi fœderis: i quo reliqt: aues p̃mebãt hostẽ: qa milites vrgebãt fœdus: ne sæuiretur Vñ cygnus elapsus est ab aqla oppressa turba auiũ. i. Turnus ab ænea: sed nõ recepit se in tutũ stabileq; locũ. Petet i. f. vt fugit aqla & petet ꝓfundũ. vt illa petiuit ꝓfundũ cœlũ: nã ꝓfundum cõe est ifimis & altis.
Telũ cõ. in ho. qm̃ neq; credibile erat neq; leue: vt fœdus tanta religione celebratũ rũperet̃: iccirco plures cãs qbus vel iuiti ipelli possent posuit poeta. Nã & Iuno qđ facto opus eẽt iuturnam admonuit: & Iuturna sub psona in qua eẽt auctoritas orõnẽ vehementẽ ad rẽ supandã habuit. Postremo auguriũ quo deciperent posuit. deniq; auctorẽ cõtorquẽdi hastã augurẽ fecit. cui & fœlicia p̃dicẽdi cũ eẽt ẽt augur & telum veluti id qđ diceret vehemẽter crederet cõtorquẽti credẽdum erat. Adde qđ interfectus est is quem stati octo fratres fortissimi affuerunt. His rebus & latini & troiani facile ad pugnam elici potuerunt.
SER. Ferreus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0626
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG